

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium ac
cum uariis

Sunt quedam nocitura impetrantibus que non dare sed negare beneficium est. Estimabimus utique utilitatem potius quam uoluntatem petencium. Nam exorari in perniciem rogantium seua bonitas est. Quemadmodum pulcherrimum opus est etiam inuitos nolentesque seruare, ita rogantibus pestifera largiri blandum et affabile odium est. Pecuniam non dabo quam numeraturum adultere sciam ne in societatem turpis facti aut consilii inueniar, immo si potero reuocabo ne possit quandoque dicere: ille amando me occidit.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Beneficiencia siue] Beneficia seu P V¹ V² L¹ L²; petencium] potencium (*cor. supra lin.*) B; exorari] exhortari P V¹ V² L¹ L²; inuitos] inuitas M; nolentesque] uolentosque C, uolentesque M; affabile] effabile L²; numeraturum] remuneraturum C, numerari P V¹ V² L¹ L²; adultere] adulterare M; societatem] societate P V¹ V² L¹ L²; inueniar] inuenias V²